



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

57. An si corruptor Virginis von adhibuerit vim, aut dolum sed importunis  
precibus, vehementibus blanditiis, & persuasionibus induxerit illam ad  
consensum, teneatur ad restitutionem? Et quid, si ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

modo pretio estimari non potest, & sic piscari tanquam potestatem habentem est pretio estimabile, non vero piscari subiiciendo se pecunis impositis pro tali pescatione. Respondeo igitur ad argumentum in forma, ius pescandi est pretio estimabile, distingo, ius pescandi tanquam potestatem habendo liberè, & ad libitum concedo. Ius pescandi feras, vel pesces retinentes suam libertatem, clam, & occultè, & cum periculo soluendi pecunas, nego. Id enim, quod emitur, non est ius ad animalia; cum dum retinent suam naturalem libertatem, nemo habet ius ad illa, & vnuquisque ius habet apendi à iure gentium; sed emitur tantum ius liberè, & ad suum libitum in hoc loco pescandi, sine periculo luendi pecunas, & cum potestate applicandi sibi pecunas pescantium sine licentia, qua pescare debentur post sententiam, & sic negatur consequentia, quia ius conductoris non laeditur per pescationem clandestinæ factarum, cum ius conductoris sit tantum pescari liberè, & sine periculo luendi pecunas, ut dixi & pecunas pescantium sine licentia sibi applicare, quia omnia nullo modo laeduntur. Hæc Ianarius, qui postea cum Lessius docet etiam, in supradictis casibus venantes, aut pescantes non peccare mortaliter, sed tantum venialiter.

## RESOL. LVII.

*An si corruptor virginis non adhibuerit vim aut dolum, sed impotens precibus, vehementibus blanditiis, & persuasib[us], induxit illam ad consensum, teneat ad restitutionem?*

*Et quid si preces, &c. facta fuerint a Principe, Domino, Superioris, &c?*

*Et notatur, quod si puella vi, aut fraude violata foret, postea aque commodis potita est nuptiis, ita ut nihil detrimenti acceperit, non debet ei quidquam necessario restituiri?*

*Et quid, si stuprator virginis obtineat ab ea remissionem dannorum, et ratione stupri illatorum, an requiratur, ut etiam à Patre ipsius obtineatur?*

*Idem dicendum est si virgo sponte consenserit, tunc nihil restituendum est Parentibus pro violata integrata virginale, & granata dote vel similibus damnis inde sequentiis: Ex p. 2. tr. 16. & Milc. 2. Ref. 48. alias 50.*

**S. 1.** Affirmatiuam sententiam docent communiter Ita Medina in sum. lib. 1. c. 14. Cordub. lib. 1. 9. 13. dict. 4. & 7. Caicit in sum. ver. ref. 8. quia vero Ang. in Flor. de ref. bon. c. dub. 7. concl. 4. Malder. in 2. 2. tr. 3. c. 4. dub. 4. Salon. in 2. 2. D. Thom. qu. 62. art. 2. Valent. tom. 3. disp. 9. q. 3. punct. 3. Nauarr. c. 16. n. 16. & 17. Tolet. lib. 5. c. 11. Sylvius in 2. 2. q. 62. art. 2. queritur s. concl. 2. Ioan. Valer. in dfferentiis virisque fori, ver. restitutio differ. 10. n. 1. & alij.

2. Sed mihi contraria sententia videtur etiam probabilis, & illam absolute docet Tanner. in 2. 2. disp. 4. q. 6. dub. 3. n. 134. Turrian. tom. 2. in 2. 2. disp. 30. dub. 2. n. 15. Nauarr. lib. 2. c. 3. n. 44. nam preces, & suaviones potius augent, quam minuant voluntarium. Nec obstat secundum eum alter confensuram non fuisse. Fatores, inquit, sed sponte consenserit. Multi enim multa non facerent, nisi rogati, & tamen non ob id dicemus, iniuriosè ab eis esse illud extortum.

3. Limitanda tamen, ait, hæc sententia, nisi preces essent factæ à persona, cui debet retinere puella reverentiam, ut esset eius dominus, vel Princeps; preces enim Principis & val Superioris inducent merum. Notandum est etiam, quod si puella vi, aut fraude violata foret, postea æquè commodis potita est nuptiis, ita ut nihil detrimenti acceperit, non debet ei quidquam necessariò restituiri. Ita ex Nauar. Lessius lib. 2. cap. 10. dub. 2. n. 11. cum Tappero ubi supra, n. 13. & Turrian. dub. 3. n. 2.

Filliucio t. 2. tr. 32. c. 8. n. 2. 21. & Villalobos in summa 2. tr. 11. dub. 30. n. 14. quicquid Rebellis, & alii in contrarium afferant. Sicut etiam stuprator virginis, si obtineat ab ea remissionem dannorum eidem ratione stupri illatorum, tutus est in conscientia, nec reprobatur, ut etiam à patre ipsius obtineatur. Valens sibi præ differ. 1. m. 1. & 2. cum Tanner loco cit. 6. 1. 19. Idem dicendum est, si virgo sponte consenserit, nihil significat restituendum esse parentibus, pro violata integrata virginale, & granata dote, vel similibus damnis inde reprobatur. Confecutus, docet Sotus lib. 4. q. 7. art. 1. ad 2. Tanner loco, ubi supra, n. 13. o. Filliuc. n. 219. contra Valent. loco citato, & Carbonium de ref. q. 16. & alios.

## RESOL. LVIII.

*An mereritrix semper teneatur restituere accipiendo aliud à filiis familias, qui alienare non possunt?*

*Idem est de Religiosis.*  
*Et quid est dicendum de aliis: feminis impudicis, & accipiunt aliquid à filiis familias, & Religiosis, & ab aliis, qui alienare non possunt; Ex p. 11. tract. 2. & Msc. 2. Ref. 65.*

**S. 1.** Causa est practicabilis, & aliqua, ac scilicet circa illum loquitur Trullench in Bull. Ecclesiast. lib. 3. cas. 17. numero 9. Verum optimè temperanda esse observat Pater Mendo in Bull. disp. 34. c. 13. n. 204. alias multi scripuli insurget, cum filii familiæ in Curia, in Academiis, aliisque in locis non exiguo sumptus cum feminis impudicis, adhuc occultis faciente, quas ad restitutionem obligant viri docti, & timorati in omnibus casibus. Cenfco igitur, tunc eas tenet ad restitutionem, cum immodi ci sumptus sint à filiis familias: Etenim licet Parentes, (idem dico de Curatoribus respectu minorum) sint iniuti circa filiorum culpas, & lascivendi licentiam; attamen si senes peccant iudicant sponte circa eos moderatos sumptus cum feminis, & sciunt hoc ipso quod cum eis turpiter agatur, aliquid fore insumendum, circa quod absolute non sunt iniuti. Et discrimen versatur circa hoc inter eos, & Praelatis Religionum: nam illi sunt veri Domini suarum facultatum, & possunt permittere, quod à filiis etiam turpiter operantibus transferatur dominum aliquorum munerum, & quod validè sit dominatio à filiis facta, & conuenient cum feminis, quod nequeunt praestare Praelati; quia manus gerunt dispensatorum duntaxat, non Dominorum. Coeterum Curatores in ordine ad facultates minorum succedunt loco parentum quoad hoc, quare eis permittit valent quod possent Parentes.

2. Et quia his casus potest etiam accidere circa Religiosos: apponam ad hoc etiam verba dicta Parisi Mendo ubi supra n. 202. sic afferunt: Teneat autem restituere quæcumque feminam impudicam, quod accepta à non potente alienare. Et quidem si à Religiosis accipiunt, alienum retinere: quippe Religiosi nihil proprium haber, cuius dominum transferre posse, aqua adeo opus habet facultate Praelati, vt aliquid donet. Praelatus autem facultatem concedere non valet, vt subditus praestet aliquid in ordine ad actum turpem consequendum, vt in simili diximus cap. 14. Attamen, si femina sit mereritrix publica, & aliquid à religioso accepit non excedens mercedem debitam operis corporis, quas locauit, censeo posse post actum turpem illud sibi retinere; quia actu completo iusta est foliatio, & ad eam valet Praelatus licenciam indulgere. Quare mereritrix in virtute fore potest perere quod sibi pro actu turpi debetur, eo quod foliatio sit iusta, et ex aliquo actu sequitur. Aliæ autem feminæ similem actionem non habent ad exigendum, & retinendum quod accipiunt: atque solum in illis datur ex coactione partum.